Mone, Franz Joseph [Hrsg.]: Quellensammlung der badischen Landesgeschichte (Band 4: [Lateinische Chroniken, Lebensbeschreibungen])

Seite 146



Albertus, 4 abbas, dicitur obiise in capitulo generali anno 1217[a].

4. *[pag. 9]* Richalmus, V. abbas[b]. Otto, episcopus Wirtzburgensis, ex insinuatione Richalmi abbatis et fratrum cognovit, monasterium nostrum multimodis raptorum invasionibus et aliis quam plurimis angariatum pressuris, ita ut, nisi maturo subsidio levaretur, subsistere diutius non valeret[c], parochiam in Biringen, cuius ius patronatus iam tunc ad nostros spectabat, cum omnibus suis redditibus et proventibus libere et absolute tradidit sic, ut parocho honesta competentia inde porrigatur, reliqua in usus nostros cedant. Anno 1219. 10. kal. Decembris [22. November[d]]. — Idem Otto testatur episcopatus sui anno 12.[e] nobilem matronam, Juttam de Weinsberg, filio eius Conrado, archidiacono Herbipolensi, liberaliter consentiente, zelo dei ductam pro salute propria *[p. 10]* et animae suae remedio, venerabilibus dominis abbati et fratribus ecclesiae in Schönthal, ubi ad dei laudem et gloriam frequens et laudabilis divini obsequii viget cultus, duo iugera vineti apud Erlebach[f] in monte, qui Trachenloch in marchia Binswangen[g] dicitur, obtulisse. Anno 1220. Engelhardus de Berlichingen cum filiis, Engelhardo et Hermanno ac filia Lugarde, tria iugera vinearum in monte, qui dicitur Storchnest[h], consentiente domino Henrico de Boxberg, feudi [1] domino, pia liberalitate donarunt pro pytancia quadragesimali ad pisces, haleces, panem album, melius vinum etc. etiam in erogationem pauperibus in

[1] foeudi, Hs.

[a] Nach Manrique tom. 4. p. 117 fand 1217 ein Generalkapitel des Ordens in Citeaux statt. Dasselbe führen auch die selecta statuta cap. gen. bei Martène anecd. IV. p. 1319 an. Manrique a. a. O. weiß aber nichts vom Tode des Abtes Albert von Schönthal in Citeaux.

[b] Abt Richalm, der 1220 starb und welchen Stälin a. a. O. nicht anführt, schrieb den liber revelationum de insidiis et versutiis daemonum adversus homines. Diese Schrift ist bei Pez, anecdota I. p. 376 gedruckt. Das Werk hat Aehnlichkeit mit dem liber constructionis monasterii ad s. Blasium. In dem liber revelationum Richalmi kommen a. a. O. p. 423 Boxberg (Buchsberg) und Kirchher (vielleicht Kirchardt im A. Sinsheim) vor, p. 431. 394. 428. 457. Ferner der oben genannte Wilhelmus und p. 417 das Priorat Richalms, p. 459 der Mönch Albert und p. 460 Friderich.

[c] Die Ueberschuldung von Schönthal trat 1282 doch ein. Nach obiger Stelle fing die Finanzkrisis in Schönthal schon 1217 bis 1220 an. [d] Stälin a. a. O. S. 718 gibt das Datum dieser Urkunde, welche also noch vorhanden ist. [e] Das ist 1219. Auch diese Urkunde citirt Stälin a. a. O. S. 718. [f] Erlenbach bei Weinsberg, O.-A. Neckarsulm. [g] O.-A. Neckarsulm. [h] Der Storchberg bei Berlichingen kommt auch unten vor.

coena domini[a]. Fratres [testes [1]] Albero caementarius, Fridericus opilio, Herilinus, Adelhardus, Adelholdus caecus. Obiit Richalmus 1220. 3. nonas Decembris [3. December].

5. *[pag. 11]* Godefridus, VI. abbas. Dictus in Schönthal, scripto profitetur, dominum Henricum, imperialis Coquinae Magistrum[b], et dominam Guttam, coniugem eius, donasse pro animarum suarum salute quatuor iugera vinearum in Eselsdorff[c] ad lumen in infirmitorio fratrum, et duo iugera in Berlichingen ad missarum sacrificia, anno 1220[d]. Honorio papae abbas cum fratribus supplicavit pro defensione contra malefactores et insidiatores. Ideo archiepiscopum Moguntinum et suffraganeos eius, praelatos item et decanos scriptis monuit, ut succurrant laborantibus. Datum Laterani 10. calendas Marcii [20. Februar]. Anno 1222. Largitus est idem Honorius plura privilegia[e] *[pag. 12]* Anno 1222. Empta per Godefridum abbatem media pars castri Biringen a Conrado de Crautheim, quam ipse emerat a Conrado de Klingenfels, patruo suo, pridie calendas Julii [30. Juni[f]]. Anno eodem abbas idem bona, quae habuit in Biringen Henricus de Langenberg[g], emit, quam venditionem renovavit et firmavit in praesentia domini Henrici, Romanorum regis et principum eius Wimpinae[h]. — (Et eius socrus [2], domina Agnes de

[1] fehlt. [2] socrus esus, oder elg., Hs.

[a] Die Urkunde darüber steht im Auszuge bei Kremer Chronik p. 176 mit dem Datum 12 kal. Maii (20. April).

[b] Aus der Familie der Küchenmeister von Rothenburg. Ueber diese Familie der Küchenmeister von Rotenburg und Nortenberg steht eine kurze Abhandlung von L. Fromm in der Zeitschr. des hist. Vereins f. wirt. Franken Bd. 1. Heft 2. S. 59. Darnach wurde die Familie erst nach der goldenen Bulle (1356) imperialis magistri coquinae genannt. [c] Eselsdorf bei Sindringen, jetzt das Heiligenhaus. S. H. Bauer, Zeitschr. wirt. Franken. Bd. 6. S. 323.

[d] Diese Urkunde steht in der Zeitschr. für d. wirtenb. Franken Bd. 1. Heft 3. S. 95 aus einem Schönthaler Urkundenbuche und in Kremers Chronik p. 177.

[e] Stälin a. a. O. S. 718 führt von Honorius III. zwei Bullen für Schönthal an, von 1222 und 1225, aber keine vom 20. Februar. Diese Bulle vom 10. kal. Martii steht in Kremers Chronik p. 180. 181.

[f] Diese Urkunde mit dem Actum in Ballenberg steht bei Kremer, Chronik p. 181. 82. Ballenberg, Amt Boxberg.

[g] Langenburg im O.-A. Gerabronn.

[h] Königs Heinrich VII. Itinerar 1222 bei Böhmer reg. imp. p. 215 wird durch obige Angaben berichtigt. Böhmer kennt den Aufenthalt in Wimpfen nicht. In Wimpfen war er am 10. Juni, auf der Reise nach Ulm. Die Urkunde bei Kremer Chronik p. 182 hat das Datum 10. Juni, ist aber in Wimpfen ausgestellt. Die in Hall ausgestellte Urkunde vom 28. April 1225 siehe bei Böhmer p. 221. Der Deutlichkeit wegen wurden daher im Texte Klammern ( ) gesetzt.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/mone1867-4/0148
© Universitätsbibliothek Freiburg